

quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terræ in æquitáte, * et pópolos in veritáte sua.

Aña. Nigra sum, sed formosa, filiae Jerúsalem : ideo diléxit me Rex, et introdúxit me in cubiculum suum.

Aña. Trahe me post te, * in odórem currémus unguentórum tuórum : óleum effúsum nomen tuum.

Psalmus xvij.

Dominus regnávit, exsultet terra : * lætén-
tur ínsulae multæ.

Nubes, et caligo in cir-
cúitu ejus : * justitia, et
judíctum corréctio sedis
ejus.

Ignis ante ipsum præcé-
det, * et inflammábit in
circúitu inimícōs ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus
orbi terræ : * vedit, et
commóta est terra.

Montes, sicut cera fluxé-
runt a fácie Dómini : * a
fácie Dómini omnis terra.

Annuntiáverunt coeli ju-
stitiām ejus : * et vidérunt
omnes pópoli gloriām
ejus.

Confundántuomnes, qui
adórant sculptília : et qui
gloriántur in simulácris
suis.

Adoráte eum omnes An-
geli ejus : * audívit, et
lætata est Sion.

Et exsultavérunt fíliæ
Judæ, * propter judíctia
tua Dómine :

Quóniam tu Dóminus al-
tißimus super omnem ter-
ram : * nimis exaltátus es
super omnes deos.

Qui dilígítis Dóminum,
odíte malum : * custódit
Dóminus áimas sanctó-
rum suórum, de manu
peccatóris liberábit eos.

Lux orta est justo, * et
rectis corde lætitia.

Lætámīni justi in Dó-
mino : * et confitémīni
memoriāe sanctificatiōnis
ejus.

Aña. Trahe me post te,
in odórem currémus un-
guentórum tuórum :
óleum effúsum nomen
tuum.

Aña. Veni sponsa Chri-
sti, * áccipe corónam,
quam tibi Dóminus præ-
parávit in aétérnum.

Psalmus xviii.
Cantáte Dómino cánti-
cum novum : * quia
mirabília fecit.

Salvávit sibi déxtera
ejus : * et bráchium san-
ctum ejus.

Notum fecit Dóminus sa-
lutare suum : * in con-

spéctu Géntium revelávit
justitiām suam.

Recordáitus est miseri-
cordiæ suae, * et veritáts
suæ dómui Israel.

Vidérunt omnes térmīni
terræ * salutare Dei no-
stri.

Jubiláte Deo omnis ter-
ra : * cantáte, et exsultáte,
et psállite.

Psállite Dómino in cí-
thara, in cíthara et voce
psalmi : * in tubis ductíli-
bus, et voce tubæ córneæ.

Jubiláte in conspéctu Re-
gis Dómini : * moveátrum
mare, et plenitudo ejus :
orbis terrárum, et qui há-
bitant in eo.

Flúmina plaudent manu,
simul montes exsultábunt
a conspéctu Dómini : *
quóniam venit judicáre
terram.

Judicábit orbem terrá-
rum in justitia, * et pó-
polos in æquitáte.

Aña. Veni sponsa Chri-
sti, áccipe corónam, quam
tibi Dóminus præparávit
in aétérnum.

v. Elégit eam Deus, et
præelégit eam. **v.** In ta-
bernáculo suo habitáre
facit eam.

Pater noster. **Absolutio.**
A vínculis. **v.** Jube domine.
Bened. Evangélica léctio.

Léctio sancti Evangélii
secundum Matthæum.

Lectio vii. Cap. xijj. f

TN illo tempore : Dixit
Jesus discípulis suis
parábolam hanc : Simile
est regnum cœlorum the-
sáuro abscondito in agro.
Et réliqua.

Homilia S. Gregórii Papæ.

Homil. xj. in Evangelia.

Cœlorum regnum,
fratres carissimi,
idcirco terrénis re-
bus simile dicitur, ut ex his
quæ ánimus novit, surgat
ad incógnita quæ non no-
vit, quatenus exémplo vi-
sibilium se ad invisibilia
rápiat, et per ea, quæ usu
dídicit, quasi confricatus
incaléscat : ut per hoc,
quod scit notum diligere,
discat et incógnita amáre.

Ecce enim cœlorum re-
gnum thesáuro abscondito
in agro comparáatur :
quem qui invenit homo
abscóndit, et præ gáudio
illús vadit, et vendit uni-
versa, quæ habet, et emit
agrum illum.

v. Os suum apéruit sa-
piéntiæ, et lex cleméntiæ
in lingua ejus : considerá-
vit sémitas domus suæ,
* Et panem otiosa non
comédit. **v.** Gustávit et
vidit quia bona est nego-

tiatio ejus : non extinguitur in nocte lucerna ejus. — Et panem.

Bened. Cujus vel Qua-
rum festum colimus.

Lectio viii.

QUA in re hoc quoque notandum est, quod inventus thesaurus absconditur, ut servetur : quia studium cœlestis desiderii a malignis spiritibus custodire non sufficit, qui hoc ab humanis laudibus non abscondit. In praesenti etenim vita, quasi in via sumus, qua ad patriam peregrinamus. Maligni autem spiritus iter nostrum quasi quidam latrunculi obsident. Deprædari ergo desiderat, qui thesaurum publice portat in via. Hoc autem dico, non ut proximi opera nostra bona non videant, cum scriptum sit : Videant opera vestra bona, et glorificant Patrem vestrum, qui in cœlis est : sed ut per hoc, quod agimus, laudes exteriorum non queramus. Sic autem sit opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto : ut et de bono opere proximis prebeamus exemplum, et tamen per intentionem, qua Deo soli

placere querimus, semper optemus secretum.

Regnum mundi, et omnem ornatum saeculi contempsi propter amorem Domini mei Iesu Christi : * Quem vidi, quem amavi, in quem credidi, quem dilexi. **V**. Eructavit cor meum verbum bonum : dico ego opera mea Regi. — Quem. **Gloria.** Quem.

Bened. Ad societatem.

Lectio ix.

Thesaurus autem cœlestis est desiderium : ager vero, in quo thesaurus absconditur, disciplina studii cœlestis. Quem profecto agrum venditis omnibus comparat, qui voluntatis carnis renuntians, cuncta sua terrrena desideria per disciplinæ cœlestis custodiæ calcat : ut nihil jam, quod caro blanditur, libeat ; nihil quod carnalem vitam trucidat, spiritus perhorrebat. **Te Deum.** **19.**

AD LAUDES,

et per Horas, Añæ.

I. Dum esset Rex * in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suavitatis.

Ps. Dominus regnavit. cum reliquis. **20.**

2. In odorem * unguentorum tuorum currimus, adolescentulæ dilexerunt te nimis.

3. Jam hiems transiit, * imber abiit, et recessit : surge amica mea, et veni.

4. Veni electa mea, * et ponam in te thronum meum, alleluia.

5. Ista est speciosa * inter filias Jerusalem.

Pro Martyre tantum.

Capitulum. **Ecli. Ij.**

Confitebor tibi Domine Rex, et collaudabo te Deum Salvatorem meum. Confitetur nomini tuo : quoniam adjutor et protector factus es mihi, et liberasti corpus meum a perditione.

Pro nec Virg. nec Mart.
Capitulum. **Prov. xxxij. b**

Mulierem fortem quis invenerit? procul, et de ultimis finibus pretium ejus. Confidit in ea viri sui, et spoliis non indigebit.

Hymnus.

Fortem virili pectori Laudemus omnes feminam,

Quae sanctitatis gloria Ubique fulget inclyta.

Haec sancto amore saucia, Dum mundi amorem nouum

Horrēscit, ad cœlestia Iter pergit arduum. Carnem domans jejuniis, Dulcique mentem pabulo Orationis nutriens, Cœli potitur gaudiis.

Rex Christe virtus fortium, Qui magna solus efficis, Hujus precatu, quæsumus, Audi benignus supplices.

Deo Patri sit gloria, Ejusque soli Filio, Cum Spíritu Paracclito, Nunc, et per omne sæculum. Amen.

V. Diffusa est gracia in labiis tuis. **R**. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Ad Benedictus, Aña.
*Date ei * de fructu manuum suarum, et laudent eam in portis opera ejus.*

Pro una Martyre tantum.
Oratio.

Deus, qui inter cetera potentiae tuae miracula etiam in sexu frágili victoriam martyrii contulisti : concéde propitius, ut qui beatæ **N**. Martyris tuae natalitia colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Pro plur. Mart. tantum.

Oratio.

DA nobis, quæsumus Dómine Deus noster, sanctárum Mártyrum tuarum N. et N. palmas incessábili devotíone venerári : ut quas digna mente non pôssumus celebráre, humílibus saltem frequentémus obséquii. Per Dóminum.

Pro nec Virgine nec Mart.

Oratio.

EXaudi nos Deus salutáris noster : ut sicut de beatæ N. festivitaté gaudémus, ita piæ devotionis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

AD TERTIAM.

Aña. In odórem.

Pro Martyre tantum, Capitulum. Confitébor. ut supra. [157]

Pro nec Virgine nec Mart. Capit. Múlierem. [157]

x. br. Spécie tua, * Et pulchritúdine tua. Spécie. **v.** Inténde pròspere procéde, et regna. Et pulchritúdine. Glória Patri. Spécie tua.

v. Adjuvábit eam Deus vultu suo. **x.** Deus in médio ejus, non commovébitur.

AD SEXTAM.

Aña. Jam hiems tránsiit.

Pro Martyre tantum.

Capitulum. Eccli. Ij.

LIberásti me secúndum multitudinem misericordiæ nóminalis tui a rugientibus, præparátis ad escam, de mánibus quæréntium ánimam meam, et de multis tribulatióni bus quæ circumdedérunt me.

Pro nec Virgine nec Mart.

Capitulum. Prov. xxxij. c

MAnum suam apéruit ínopi, et palmas suas exténdit ad páuperem. Non timébit dómui suæ a frigóribus nivis.

x. br. Adjuvábit eam, * Deus vultu suo. Adjuvábit. **v.** Deus in médio ejus, non commovébitur. Deus vultu. Glória Patri. Adjuvábit.

v. Elégít eam Deus, et præelégít eam. **x.** In tabernáculo suo habitare facit eam.

AD NONAM.

Aña. Ista est speciosa.

Pro Martyre tantum.

Capitulum. Eccli. Ij.

LAudábit usque ad mortem áнима mea Dóminum, quóniam éruis

sustinéntes te, et líberas eos de manu angústiæ, Dómine Deus noster.

Pro nec Virgine nec Mart.

Capitulum. Prov. xxxij. d

MUltæ filiæ congregávérunt divítias : tu supergréssa es univérsas. Fallax grácia, et vana est pulchritúdo : muller timens Dóminum, ipsa laudabitur.

x. br. Elégít eam Deus, * Et præelégít eam. Elégít. **v.** In tabernáculo suo habitare facit eam. Et præelégít. Glória Patri. Elégít.

v. Diffusa est grácia in lábiis tuis. **x.** Propterea benedíxit te Deus in ætérnum.

IN II. VESPERIS.

Añæ, Capit. et Hymnus de Laud. [156] Psalmi ut supra pro Virginibus. [122]

v. Diffusa est grácia in lábiis tuis. **x.** Propterea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Magnif. Aña. Manum suam * apéruit ínopi, et palmas suas exténdit ad páuperem, et panem otiosa non comédit

Si fuerint plures non Virgines, idem fit Officium ut supra.

II. LECTINES

PRO MARTYRE TANTUM.

In II. Nocturno.

Sermo sancti Joánnis Chrysóstomi.

Serm. lxvij. de diversis novi Testamenti locis.

Lectio iv.

GO máxime com memoratiónes díligo Mártyrum, díligo, et ampléctor; atque omnes quidem, sed tum præcipue, cum mulierum certámina proponúntur. Quanto enim infirmius est vas, tanto major est grácia, tanto illústrius est trophæum, tanto insignior est victória, non ob imbecillitatem sexus athletarum, sed quod per ea, quibus vicerat inimicus, nunc etiam vincáatur.


x. Propter veritátem, et mansuetudinem, et justitiam: *Et deducet te mirabiliter déxtera tua. **v.** Spécie tua et pulchritúdine tua, inténde, pròspere procéde, et regna. — Et deducet.

Lectio v.

PER mulierem vicit, per mulierem supératus est. Hoc illius ántea telum erat; hoc illius nunc

cædis factum est instru-
mētum, hoc vas appāruit
insuperabile. Peccāvit illa
prior, et mórtua est : ista
mórtua est, ne peccāret.
Illa tum fūtilis promissi-
spe inflāta, Dei leges vio-
lávit ; hæc vitam præsén-
tem contémpsit, ne fidem
in suum benefactórem
ejuráret. Quam ígitur
deinceps sperare pôterunt
excusatiōnem viri, si mol-
les sint, et ignávi; quam
vero véniam, cum fôrtiter,
ac viriliter se gerant mu-
lieres, cum ádeo se genera-
róse ad certámina pietá-
tis accíngant?

R. Dilexisti justitiam, et
odistī iniquitatē : * Pro-
ptérea unxit te Deus, Deus
tuus óleo lœtitiæ. **V.** Pro-
pter veritatem, et mansuetu-
dinem, et justitiam. —
Proptérea.



Lectio vii.
Fuit illi corpus imbe-
cillum, et obnoxius
sexus injuriæ ; verúta-
men ómnium horum imbe-
cillitatem advéniens grá-
tia occultavit. Nihil enim
est, nihil plane poténtius
est eo, qui magno cum
stúdio Dei timórem hábeat
in mente defixum, sed
quamvis ignes, quamvis
ferrum, quamvis béstias,
quamvis áliud quidvis
minéntur hostes, ómnia
nullo negótió contemnit;
quod útique Beata ista
étiam fecit.

R. Fallax grátia, et vana
est pulchritudo : * Múlier
timens Deum, ipsa laudá-
bitur. **V.** Date ei de fructu
mánuum suárum, et lau-
dent eam in portis ópera
eius. — Múlier. Glória Pa-
tri. Múlier.



Commune Dediсationis Ecclesiae.

IN I. VESPERIS.

Antiphonae.

Gomum tuam Dó-
mine * decet
sanctitudo, in
longitudinem
diérum.

Psalmi ut in j. Vesperis
de Communi Apostol. [2]
et loco ultimi, Ps. Lauda
Jerúsalem. ut infra.

2. Domus mea, * domus
oratiōnis vocabitur.

3. Hæc est domus Dómi-
ni * firmiter aedificata,
bene fundata est supra fir-
mam petram.

4. Bene fundata est * do-
mus Dómini supra firmam
petram.

5. Lápides pretiōsi * om-
nes muri tui, et turre Je-
rusalem gemmis aedifica-
buntur.

Psalmus cclvij.

LAUDA Jerúsalem Dó-
minum : * lauda
Deum tuum Sion.

Quóniam confortávit se-
ras portárum tuárum : *
benedíxit filiis tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pa-
cem : * et adipe frumenti
satiat te.

Qui emittit elóquium
suum terræ : * velóciter
currit sermo eius.

Qui dat nivem sicut la-
nam : * nébulam sicut ci-
nerem spargit,

Mittit crystállum suum
sicut buccellas : * ante
faciem frigoris eius quis
sustinebit?

Emittet verbum suum, et
liquefáciat ea : * flabit
spíritus eius, et fluent
aque.

Qui annúntiat verbum